247 134

Viri
Perillustris, Illustres, Summe Reverendi, Excellentissimi, Amplissimi,
Gravissime Domine Senior,
Collegae honoratissimi.

Tres his diebus me convenerunt juvenes egregii honorum philosophicorum caussa.
Primus Mallinckrot Medicinae operam dedit in duabus Academiis, Jenensi et Goettingensi. Me praeside pro gradu disputabit. Berolino, quorsum stadium medicum decursurus tendit, reversus honoribus Medicis in hac nostra Academia ornatus, in patriam redibit.
Secundus Oelfeld noster est. Praeside Collega Stibritzio pro gradu disputabit. Quae reliqua desiderat concedenda esse existimo.
Tertius Widt itidem noster mox in patriam abiturus non renuet pro redimenda disputatione sex thaleros solvere, nisi forte et hic pro gradu disputaverit, quod ipsi suadere annisus sum.
Rogo itaque honoratissimos Collegas, velint proximo die Sabbati, qui erit d. VI. Decembris h. III. pomeridiana in aedibus meis frequenter adesse ad examen cum tribus his candidatis instituendum. Valete. Halae die V Decembris. MDCCLV.

Joannes Joachimus Lange
Decanus.

S. D. D.

Trigam gratulor candidatorum, et in ceteris ōībz consentio

Widebure

Consentio; sed ea tam conditione, ut Statutis prospiciatur ~~[illegible] habendis~~ disputationibus,

Callenberg

Candidatorum Trigam gratulatur, in desideria Candidatorū consentio, atque praesentiam promitto. Niebuhr

Et ego gratulor et in ceteris consentio, et examini interero

Meier